

3253. a. Jus. Urs.

Jus.
3253

DISPUTATIO
DE VSV CAPI-
ONIBVS ET PRÆ-
SCRIPTIONIBVS.

E A M

DIVINA FAVENTE GRATIA
SVB PRÆSIDIO

D N. HENRICI HEY-
DECCI MISNICI I. C.

In inclyta Salana exercitij gratia pro
sua virili rueri conabitur

GEORGIVS GRVNER
Bodensteimensis Fr.

Ad diem Anno 1593.
Horis locoq; consuetis



I E N A E
Typis Tobiaë Steinmanni.



MAGNIFICO, ET ANTIQVÆ
nobilitatis insignibus conspicuo, multoq̄
rerum usu probe exercitato viro
Domino,

IOHANNI CHRISTOPHORO
A GICH IN VVISENTFELS EQ. FR. AC RE-
verendis, Domino Dn. NEIDHARDO Bambergens-
fium præfali à Consiliis, præfeto in Boden-
stein & Leientfels. &c.

I T E M

Summæ spei nobilissimo iuveni Dn. Adamo
Wagn in Wagnsberg Carniolano

NEC NON

Prudentissimo viro Dn. PETRO à GRVEN incltyti
& laudissimi Brandenburgici regiminis Colem-
bacensis secretario fidelissimo.

Dominis suis patronis, fautoribus & amicis
summa observantia perpetuò colendis

Hanc suam de usucapionibus & præscriptionibus
disputationem nuncupat, offert & dedicat

Georgius Gruener
Respondens.





DISPUTATIO

De usucapionibus & praescriptionibus.

THESIS I.



USUCAPIO FINITORE

Modestino, est adjectio domini, per continuationem possessionis temporis lege definiti. l. 3. D. de usurpaton. Donell. lib. 5. com. cap. 5. dis. Duaren. cap. 1. hic Cuiac. ad d. l. 3. Idem Cuiac. ad Vlpian. t. 19. ex parte Contius lib. 1. diff. cap. 12.

2.

Iure veteri usucapio & praescriptio sive longi temporis possessio, in multis differebant ut ratione loci, temporis, vis & effectus &c.

M. Cic. in Topic. Vlpian. in fragment. tit. 19. Paul. lib. 5. sent. tit. 2. tit. 5. §. res olim Diss. Revard. de usucap. differentius cap. 10.

3.

Est Cuiac. qui etiam in ritulo differentiam constituit quem non sequimur. l. 4. C. de praescript. longi temp.

4.

Hodie praescriptio utilem actionem tribuit plerunq; rerum immobilium esse dicitur, nec facile triennalis reperitur; usucapio contra,

l. pen. C. de praescript. 30. vel 40. annor. et à quo l. 31. §. 1. ff. de usurp. l. 1. C. de usucap. pro dote diff. varie Glossogr. Ang. & alii in pr. nst. b. 1. Don. lib. 5. com. cap. 4. Vult. lib. 1. Iurispr. cap. 71. Male Cuiac. ad Vlp. tit. 19. in d. l. 31. §. 1. rō mobilium, ut spurium inducendum existimat.

5.

Rerum enim mancipi & nec mancipi differentiam etiam in Tribonianus sustulit praclare.

l. cum sponsus §. in vectigalib. D. de publici in rem act. diff. Cuiac. ad l. 4. §. ut. ff. de usurp. Gothofred. ad d. l. cum sponsus vid. Bodinus in methodo historiar. cap. 6.

6.

Glossographi quidam etiam recentiores præscriptionem & consuetudinem, magnâ inciticia confundunt.

7.

Aliæ præscriptiones iniquiunt sunt odiosæ, aliæ favorabiles, aliæ mixtæ: sed in jure nihil tale reperitur.

l. 1. ff. h. t. l. ult. ff. pro suo Cuiac. in parat. C. de usucap. pro empr.

8.

Usucapere omnes possunt, qui possidere, etiam pupilli, furiosi & infantes.

l. 4. §. 2. & 3. D. h. t. l. 32. §. ult. D. de acquir. possess. Duar. cap. 4. his.

9.

Et usucapiuntur res omnes quæ Commerciis hominum non sunt exemptæ, ut liber homo, res sacra, sancta & c.

l. 9. D. h. t. §. 1. Inst. eod. VVesen. D. h. t. n. 10.

10.

Res furtivæ, vi possessæ, prædidi donatæ, nisi vitium purgatum sit, usucapi prohibentur.

l. 4. §. 6. & §. 23. D. h. t. l. quod contra ff. ad L. Iulii. repetund. Don. lib. 5. com. cap. 28. diff. Cuiac. ad d. l. 4. §. si rem D. h. t.

11.

Partum tamen ancillæ furtivæ si apud bonæ fidei possessorem conceptus & editus sit usucapi posse magis est: Nec dissentiunt in hoc articulo Icti.

l. qui vas 48. §. ancilla D. de furtis d. l. 4. §. 15. cum seq. D. h. t. Diss. variè interpretes Cuiac. lib. 15. obs. 20. Hotom. lib. 7. obs. 18. Brecham, Fornerius Gaddem ad l. 26. D. de verb. sign.

12.

Alia ferè omnia in fœtu pecudum furtivarum cernere licet, cum hic etiam apud furem conceptus bonæ fidei possessori ipso jure acquiratur.

d. l. qui vas §. ex furtivis & l. 48. §. ult. ff. de acquir. rer. domin. diff. Cuiac. & alij dictus locus Robert. lib. 1. sect. cap. 6. & lib. 1. animadvers. cap.

22.

13.

Domino ignorante servus rem peculiarem vendidit, an emptori usucapio procedat, quæsitum est? Alfenus affirmat.

l. si servus 34. D. h. tit. diff. Cuiac. lib. 15. obs. 18. & in Mercatore lib. 3. cap. 19. Regius lib. 2. Enanti. cap. ult.

De

14.

De re aliena in dorem data an usucapi possit, dubitatur?
Affirmamus, nullo discrimine.

l. 1. C. de usucap. pro dot. diff. Cuiac. lib. 14. obs. 9.

15.

Hoc loco & alia quaestio adfertur, an in locis publicis, locum habeat usucapio? Nos negativam sequimur.

l. si quinquam 7. ff. de divers. temporalib. praescript. l. 45. D. h. t. diff. in explicatione d. l. 7. interpretes Balduinus in §. flumina Inst. de rer. divis. Connanus lib. 3. Comment. cap. 16. Duarenus cap. 3. hic Cuiac. ad d. l. 45. Robertus lib. 1. lect. cap. 17. & alij.

16.

Servitutes ex LL. 12. tab. usucapi non possunt. Lex quoque Scribonia earum usucapionem Romae moribus introductam sustulit.

M. Cic. pro Caccina l. 4. §. ult. D. h. t. diff. ex parte Ravard. ad L. Scriboniam.

17.

Sed ita sustulit ut longi temporis acquisitionem nihilominus permiserit.

Paul. lib. 1. sent. tit. 17. l. si quis diuturno D. si servitus vindic. diff. per distinctiones Glossog. diff. aliter Duaren. cap. 3. hi, aliter Cuiac. ad d. l. 4. §. ult.

18.

Res pupillares, testamento alienari prohibitas, & fisci, usucapi non posse, certum est.

l. 3. C. de praescript. 30 annor. l. 2. C. pro emptore l. 1. C. de annali excep. l. 18. D. h. t. vid. Rolan. à Valle cons. 10. n. 15. & 16. vol. 2.

19.

Sed an idem de illis, quae merae facultatis esse dicuntur, respondendum sit dubitari potest? Nobis affirmativa juris rationi minime consentanea videtur.

Diff. communis opinio Roman. lib. 5. conclus. tit. de praescript. concl. 10. Rolan. à Valle cons. 21 n. 13. cum seqq. volum. 2. Geil. lib. 2. obs. 18. n.

4.

20.

A furioso bona fide Titius fundum emit, an usucapio ei procedat, Paulus tractat; & procedere respondet.

l. 2. §. si à furioso D. pro emptore Donell. ad §. namq. Inst. de action. diff. Cuiac. lib. 16. obs. 29. & in Mercat. lib. 2. cap. 27. A Fab. lib. 2. Coni. cap. 18. vid. Robertus 2. lect. cap. 10.

A 3

Ad

Ad ius offerendi quod attinet negativam imperialis Camera probavit, recte.

l. 13. pignori ubi Cuiac. D. h. t. l. cum notissimi §. sed cum illud C. de prescript. 30. vel 40. annor. Soarez. in thesauro lit. P. n. 204. Geil. lib. 2. obs. 18. diff. cum gl. ad d. l. pignori & aliis Schurff. cons. 70. cent. 1. vide etiam adductos à Romano d. lib. 5. conclus. 7.

In pacto retroventionis eandem sententiam merito obtinere statuimus.

dd. ll. Mynsing. cent. 1. obs. 16. Rom. d. loco concl. 6. Zoanettus de empr. & vend. n. 28. & 33. dif. Febr. in rubr. extra de prescript. n. 15. cum alijs multis Rol. à Valle d. cons. 21. vol. 2.

De iurisdictione quid dicendum? præscriptionem admit-
ti non debere disputabimus.

argumento l. 1. D. h. t. l. 2. ff. de via publ. & itinere cum similib. diff. variè Dd. ut videre est apud Schurff. cons. 86. cent. 2. Rol. à Valle Cons. 2. n. 112. vol. 1. VVes. D. de iurisdic. n. 12. adde Bodin. lib. 1. de Republ. cap. ult. Cuiac. lib. 4. feud. tit. 19. Vasquinn lib. 1. controvers. illustr. cap. 22. n. 19. & lib. 2. cap. 82.

Porrò, præscriptionis & usucapionis, temporis ratione multæ partitiones adferuntur: Nos ne longior hæc sit disputatio, de triennali usucapione longi, longissimi, & immemorialis temporis præscriptione paucis videbimus.

V. Oldendorp & Cuiac. de prescript.

Triennalis in re mobili, longi temporis, verò in re immobili, titulo & bona fide possidenti procedit.

§. 1. Inst. h. t. l. unic. C. de usucap. transform. l. 9. pen. & ult. C. de longi tempor. prescript.

Ad omnem enim usucapionem & præscriptionem, possessio vera vel quasi, eaq; civilis, necessaria est.

l. improba C. de acquir. possess. l. 13. ff. de public. l. 25. sine D. h. t. diff. experte Vasqui. lib. 2. controvers. illustr. cap. 81. n. 21

27.

Titulus etiam verus adfit oportet, cum non liceat opinio-
nis errore, fibimetipſi aliquem fingere.

*Lult. C. de ufucap. pro hered. l. quod vulgo 11. D. pro emptore l. ult.
ff. pro ſuo Cuiac. 7. ad Afric. in d. l. 11.*

28.

An iuris ignorantia poſſeſſorem in mala fide conſtituat
tradunt interpretes: affirmativa nobis veriſſima videtur.

*l. nunquam 31. D. h. t. l. 2. §. ſi à pupillo cum §. ſeq. ff. pro emptore diſſ.
Vaſquius d. lib. 2. controverſ. cap. 77. n. 16 cum ſeqq. ex parte Covarruv. in
c poſſeſſor. de Reg. iur. parte 2. §. 7. n. 7. v. Ant. Faber lib. 4. conſ. cap. 17.*

29.

Sententiam iudicis titulum iuſtum minime tribuere, ra-
tione facilima, contra communem probabimus.

*Diſſ. Bart. & Dd. ad l. Pomponius D. de acquir. poſſeſſ. Vaſquius lib. 2.
controverſ. cap. 67.*

30.

An quis ex persona auctoris poſſeſſionis acceſſione uti
poſſit quaeritur? Et placet iuſtam poſſeſſionem ſucceſſoribus
prodeſſe debere. *l. 14. D. de diverſ. tempor. praſcript.*

31.

Differunt tamen non nihil hoc loco iura ſucceſſoris ſin-
gularis & univerſalis, cum univerſali ſucceſſori, auctoris ſive
defuncti mala fides, indiftinctè noceat.

*l. vltima 11. C. de acquir. poſſ. l. 5. D. d. diverſ. tempor. praſcript. diſſ. in
diverſitatis ratione Dd. etiam Donell. lib. 5. Com. cap. 20.*

32.

Sed & è contrario ſi univerſalis ſucceſſor rem ab auctore
bona fide & iuſto titulo poſſeſſam mala fide nactus ſit nihilo-
minus eius uſucapio procedet.

*l. heres 43. D. h. t. l. 2. §. ſi defunctus ff. pro emptore Donell. d. lib. 5.
com. c. 20.*

33.

De filio ſuo herede, an ius uſucapiendi titulo pro herede ha-
beat, quaeritur eſt? Affirmat Viglius contra communem, rectè.

*l. 2. §. 1. ubi Cuiac. D. pro herede l. in ſuis D. de liber. & poſtumis Pi-
nell. in rubr. C. de bonis mater. parte 2. n. 38. cum ſeqq. diſſ. Bart. & Dd.
ad. d. l. in ſuis. Covar. in d. c. poſſeſſor. parte 2. §. 5.*

34.

Longi temporis præscriptione locum non habentē, succedit triginta annor. præscriptio, qua actiones personales, mixtæ & interdum reales tolluntur.

l. 3. l. 4. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Diff. in ratione Cuiac. in. par. ibidem Auctor huius præscriptionis est Theodosius minor, in vito licet Cuiacio de præscript. c. 30. & lib. 18. obs. 26.

35.

Excipitur actio hypothecaria contra debitorem & eius heredem. Hæc enim quadraginta annorum spacio finitur.

l. 7. d. ult. C. h. t. Donell. lib. 5. com. cap. ult.

36.

An iuri adeundi hereditatem triginta annis præscribatur tractant interpp. ? Nos negandum duximus.

Diff. communis opinio Rom. d. lib. 5. concl. 8. Valla de reb. dubijs tr. 6.

37.

Quanquam autem iure civili ad longi temporis præscriptionem initio tantum ad longissimi verò & immemorialis, nullo tempore bona fides requiratur: Ius tamen Canonicum (quo in hoc etiam articulo, hodie Imperium Romanum utitur) hæc omnia immutavit.

C. vigilantibus, c. diligenti ext. de præscriptionibus & d. c. possessor Gail. 2. obs. 18. n. 7. & n. 10. Mynsing. cent. 4. obs. 6. Afflict. decis. 13.

38.

Hinc an actio personalis sine titulo & cum mala fide longissimi temporis præscriptione extinguatur utiliter quæritur ? Negativa communis est.

d. c. vigilantibus Balbus de præscript. in 2. parte tertia partis princip. quæst. 33. diff. cum aliis Socin. Cons. 203. lib. 2. Vasquius d. lib. 2. cap. 76.

39.

Præscriptione bona fide completa, rem alienam fuisse cognovi, placet scientiam hanc mihi nocere minime.

argumento l. 1. ff. h. t. Vasq. d. lib. 2. cap. 74. contra Alciat. de quinq. pedum præscript. n. 33. tit. 50.

40.

Defuncti mala fides, an præscriptionem heredis impediat quæritur ? Negativam tuebimur.

l. 3. d.

l. 3. l. 4. C. h. t. Vasq. d. lib. 2. cap. 73. adversus Dyn. in d. c. possessor Socin. d. cons. 203. lib. 2. Tiraq. de præscript. in pr. gl. 2.

41.

Similiter an contra jus non quæsitum sed quærendum, iure Canonico absq; bona fide currat præscriptio, tractant pragmatici? Nobis negativa verior videtur.

d. c. possessor & d. c. vigilandi diff. Balbus d. quæst. 13. Em. Costa ad l. qui duos §. cum in bello ad verba bona vindicarent n. 8. de reb. dub.

42.

Tutor mala fide rem comparavit, pupillo præscriptionem nihilominus procedere receptum est.

Balbus in 3. parte tertiae part. pr. quæst. 16. Vasq. d. lib. 2. cap. 72.

43.

De medio inter bonam & malam fidem nec non de dubietate ut vocant Dd. multe fabulantur: quæ tamen à iure Canonico non omnino aliena esse videntur.

Videatur cum multis adductis Covar. ad d. c. possessor parte 2. Vasq. dicto lib. 2. cap. 77.

44.

An titulus & bona fides præsumantur, & an extrajudicialis denunciatio, possessorem in mala fide constituat, inter interp. non convenit: Nos religioni iudicantis committimus.

argumento l. 48. §. 2. ff. de acquir. rer. dom. iuncta l. mora 32. in pr. ff. de usuris vide diff. Vasq. d. lib. 2. cap. 65. cap. 70. & cap. 80. Pinel. in authentica nisi n. 16. C. de bon. matern. ex parte Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. cent. 1. Cas. 43.

45.

Immemorialis vel centum annor. præscriptio ad res Romanæ Ecclesiæ & ad ea quæ in redemptionem captivorum relicta sunt pertinet.

Nov. 9. & nov. 111. lult. C. de SS. Eccles. Diff. Cuiac. lib. 5. obs. 5. & de præscript. cap. 34.

46.

Iudici de titulo illegitimo exactis constat: immemorialis præscriptio num procedit? Affirmamus.

l. 3. §. 4. ff. de aqua quotid. l. sicut & l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. annor.

40. annor. vsq. d. lib. 2. *Controvers. illustr. cap. 81 n. 11. contra Covarr. in d. c. possessor parte 2. §. 3. n. 7.* Cravet. de antiqua temp. part. 4. ver. materia ista nu. 3.

47.

Non hæc tantummodo immemorialis sed omnis omnino præscriptio plenissimam securitatem tribuit, & natura eam quoq; obligationem tollit.

l. 1. D. h. l. 20. C. de pact. cum similib. Dis. cum commun. Dei Liura sanguinis ff. de R. lur. Tirac. de præscript. §. 1. gl. 2. ad fin. ex parte vsq. d. lib. 2. cap. 74.

48.

An iudex qui ex æquo & bono iudicat præscriptionis rationem habere debeat, ventilatur? Nobis quaestio hæc non magna disputatione indigere videtur.

argumento l. rem non novam 14. C. de iud. d. l. 1. ff. h. t. Pinell. ad d. auth. nisi n. 41. Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. quaest. 49. adversus Corneum Cons. 251 n. 5. lib. 3. Rol. a Valle cons. 68. n. 13. cum seqq. vol. 3.

49.

Contrahentes præscriptioni pacto renunciarunt, nullius momenti renunciationem esse placuit.

d. l. 1. & l. 7. §. 16. ff. de pact. Rol. a Valle cons. 201 n. 26. vol. 2.

50.

Denique interrumpitur usucapio vel naturaliter, ut cum quis de possessione dejicitur: vel civiliter ut in jus vocati-
one libelli oblatione &c.

l. 4. §. 2. l. 5. ff. h. t. l. nemo C. de acquir. poss. ff. l. 2. C. de annal. except. diff. varie interp. Donell. lib. 5. com. cap. 21. Cuiac. ad l. 2. §. ult. D. pro emptore Vult. l. b. 1. jurispr. cap. 71 n. 69 cum seqq. cum pragmaticis Gail. lib. 1. obs. 74 n. 20. cum seqq. Rol. a Valle cons. 79. n. 30. vol. 1.

51.

Is qui per subiectas iuri suo personas possidebat, usq; capiebat, hostium potitus est, usucapionem suo tempore com-
pleri Iulianus scribit,

l. 1. 2. §. facti ff. de capt. & postlim. rev. l. 15. ff. h. t. diff. Cuiac. ibid. Hott. lib. 1. amicabil. cap. 27. Forcatul d. al. 76. & aly.

52.

Adversus præscriptionem ex capite ignorantia restituti-
onem

onem denegari, uobis fit Coronidi. l. ult. C. de praescript. longi temp. l. 1. C. de usucap. transform. Et hoc iure ex illustriss. Elector. Saxon. Constu. hodie utimur. Confirmant hanc sent. diligenter Pinell. ad d. auth. nisi n. 58. cum seqq. Sarmient. lib. 2. Select. quest. cap. 10. Vasq. d. lib. 2. controvers. illust. cap. 52. n. 14. Contra communem Dd. opinionem quam sequitur Rolan. à Valle consil. 68. vol. 3.

H A P E P T A.

I.

Interpretes *l. qui bona* 13. §. 9. *de damn. infecto* recte accepisse non videntur.

2.

In generali bonorum alienatione feudum non continetur.

c. unic. de Capitan. qui curiam vend. Clar. in §. feud. quest. 31. contra Andr. de Ifernina ad d. c. unic. Cottam. in memorabitib. in verbo Emphyteusis.

3.

Domino committente feloniam proprietas feudi ad Vasallum spectat.

C. unic. §. domino, si de feudo de fun. conten. sit int. domin. & agn. Borcholt. cap. 8. n. 153. disj. Clar. in d. §. feudum quest. 72.

F I N I S.



1870
The following is a list of the names of the persons who have been appointed to the various offices of the County of ...

...

...

...

...

...

...

